



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

121. An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & Tonsuram, amittat priuilegium fori, & iudex laicus possit illum punire? Et an vero requiratur trina monitio, vt Clericus incedens sine habitu, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

Si ita res esset: tu quidem, sicut Iudæi Stephanum iam lapidibus sumum Pontificem obruiſſes. Verum ut ad tem veniamus, dico, non posse laicos spoliare Clericum armis prohibitis, quia si id faciunt per vium iurisdictionis, vel aliqualis punitionis, claram est hoc esse illicitum; si vero per modum insteſ ſectionis ad tollendam occaſionem rixæ, vel periculum perturbationis ciuitatis, tunc non aufertur in peccatum: ergo non erit licitum ex vi talis facti omnino spoliare Clericum armis, priuando illum domino eorum, quia nullus appetet iufuſtius, quo id fieri poſſit. Igitur tantum debent pro illa occaſione auferri, ut poſtea ei, vel ſuo Superiori reddantur; & ideo dum huic argumento non ſatisfaciant aduersarij, ſemper ego huic ſententia adhaeream. Alias vero rationes pro hac firmando ſententia adducit Marta de iurisdictione, part. 4. cens. 1. cap. 7. qui repondet ad conſuetudines aliquorū Regnorum, quas adducit Cutellius. Vide etiam Doctores à me vbi ſuprā citatos, qui plures ſunt, nec perfundōrī, vt vult Cutellius; de hæc quaque loquuntur. Ade quod magis ratione quam Doctorum multitudine nitendum sit. Et post hæc ſcripta inueni ſupradictam ſententiam me citato, docere etiam doctorem & auncissimum Augustinum Barbolam de iure Eccles. lib. 2. cap. 4. num. 140. Merollam tom. 2. difſ. 4. c. 3. difſ. feſt. 2. n. 608. & Baldellum. tom. 1. lib. 5. difſ. 57. n. 8. vbi ex pluribus firmant Clericos noſ poſſe per laicos armis spoliari. Vnde ex his patet reponſio ad ea quæ in fauorem contraria ſententia adducit Ioannes de Boa in Apel. de iur. Princip. quæſt. 2. num. 70. qui pro ſua firmando ſententia, hanc etiam rationem adducit, videlicet quia prohibitoſ iudicis laici fertur ſuper arma ipſa, quæ clericali tonsura non gaudent: an poſteſ dici ſe magis ridicula: ſed iſte Auctor merito in noſtro indice Hispano fuit inter Auctores prohibitos annumeratus.

RESOL. CXX.

An ad declinandum forum iudeis facularis ſufficiat poſſeffo Clericatus? Et an Clericus, qui in re aliqua in Trid. ſeff. 23. c. 6. praefcripta defecit, ob idque foro laicali ſubiicitur, non ſolum à iudice laico, ſed etiam à iudice Ecclesiſtico poſſit puniri, atque iudicari? Et an prima Tonsura unius testimonio probetur? Ex part. 3. tract. 1. Refol. 48.

§. 1. Negatiuam ſententiam mordicus tenet Ignatius de Salzedo in praef. Bernardi Dia. c. 62. n. 18. & Carolus de Graffis de effectibus cler. in preludii, num. 226. cum aliis penes ipſum.  
2. Sed ego contraria ſententiam tenendum eſſe puto cum Belletto in diſquis. cler. p. 1. tit. de fanore cleric. person. §. 14. n. 13. & Maſcardo de probat. vol. 1. conel. 302. n. 14. Boerio decif. 71. n. 13. Maſſello in addit. ad Capo. dec. 171. n. 6. Aufterio in addit. ad Capell. Tholof. decif. 117. & aliis: vnde miror, falſam hanc ſententiam vocari à Salzedo, eſt enim probabilifſima, & in praxi, vtrai Maſcardus, obſeruantur. Sed licet ſtanđo in prima opinione poſſeffo Clericatum non prober Clericatum, attamen operatur, vt transferat onus probandi contrarium in iudicem laicum ut ipſe Carol. de Graſ. vbi ſupr. ex multis adnotauit, quod eſt valde mente tenendum pro caſib⁹ occurrentib⁹.  
3. Notandum eſt tamen hic obiter vnum, de quo olim quidam Iurisconsultus noſ prudenter dubitabat nempe quidam Clericus, qui in re aliqua in Trid. ſeff. 23. c. 6. praefcripta defecit, ob idque foro laicali ſubiu-

citur, non ſolūm à iudice laico, ſed à iudice Ecclesiſtico poſſet puniri, atque indicari. Et ita ex ſacra Cardinalium Congregatione determinat Bonac. de le- gib. difſ. 10. q. 2. panet. 1. §. 4. n. 19.

4. Nota etiam hic, quod prima tonsura unius testimonio probatur, ſecundum Petrum Rebouſſum tis. de forma literarum tonsare, num. 24. & Matthæum de Afflictis in confite. Neapol. tis. 3. num. 12. licet Co- uarruu. praef. qq. cap. 33. num. 3. cum aliis diſſentiat.

RESOL. CXXI.

An Clericus, qui aliquando dimittit habitum, & Tonſuram, amittat priuilegium fori, & iudex laicus poſſit illum punire? Et an vero requiratur tria monitio, ut Clericus incedens ſine habitu, & Tonſura perdat priuilegium fori?

Ex part. 1. tract. 2. Refol. 34. alias 33.

§. 1. R Eſpondeo negatiuē: & vt amittat ſupradictum priuilegium, opus eſt tanta perſe- rantiā in dimiſſione habitus, ut publicē aſſtinetur, vi- laicus. Ita Proſper de Auguſtino in addit. ad ſummar. Quar. verſ. Habiſtis cler. Layman in Theol. moral. lib. 4. tr. 9. c. 6. n. 1. affer. 1. Suarez de cens. difſ. 2. ſeff. 1. n. II. Bonac. de legib. difſ. 10. q. 2. p. 1. §. 4. n. 14. vbi afferit Sa- cram Cardinalium Congregationem declarasse, Cle- ricum, qui dimiſſo clericali habitu homicidium com- miserat, & ſine clericali habitu à laica poſteſate ca- piens fuerat remittiendum eſſe, ad forum Ecclesiſticū, quia non preeſumitur dimiſſe habitum animo illum deſerendi, ſed, vt commodiū delictum perpetraret: quod eſt valde notandum: & hoc etiam notauit Ca- plancius in tract. de offic. Bar. prag. 8. p. 3. n. 34.

2. An vero requiratur tria monitio, ut Cleri- cens incedens ſine habitu, & tonsura perdat priuile- gium fori: Reſpondeo, quod de iure antiquo requi- rebatur, vt patet ex c. finali. de vita, & honest. Clerie. Sed hodie de iur. nouo Concl. Tridentini non requiritur, nam dictum Concilium loquitur cum dictione, niſi qua excipit iuxta leg. aſſiſione. C. de aff. & Decium in c. ſi pro debilitate off. de leg. & ita docent Mar. Ant. lib. 3. ref. 48. n. 7. & Ric. p. 4. decif. 1. 54. n. 4. qui teſtā- tur ita fuſile declaratum à Sacra Cardinalium Con- gregatione: & ita tenet Bellet. in diſquis. cler. part. I. tit. 3. §. 8. n. 6. & alij.

Sup. hoc fu-  
ſtra leg. do-  
ctrinam Re-  
fol. 109. & in-  
fra in Ref.  
ſeq. & in Ref.  
1. poſt ſeq. 8.  
2. ad med. &  
in ſ. vlt. nota  
ſeq.

Sop. hoc fu-  
ſtra in Ref.  
109. §. Sed  
lege, paulo  
poſt initium,  
& in Ref. 162. §.  
Ab his. & in  
Ref. 328. §. 4.  
paulo poſt  
initium verſ.  
Nam ſi. & in  
tom. 5. tr. 1.  
Ref. 61. §.  
Tertio.

RESOL. CXXII.

An Clericus in Minoribus, vt gaudeat priuilegio fori opus ſit, vt tempore delicti, vel faltem captura re- pe- riatur in Tonſura, & habitu?

Et an ſi aliquis Clericus dimiſſet habitum Clericalem, & illum reaſumere, etiam ſine licentia Episcopi, gaudeat priuilegio fori, etiam ſi in Synodo hoc prohibi- tum eſt fieri?

Et an priuilegio fori gaudeat Clericus incedens in ba- bitu & Tonſura, & per paucas vices in Choros & Pro- cationibus interfuit, quamvis de mandato Episcopi alius Ecclesia non iheriat, vel beneficium Eccle- ſiſticum non habeat? Ex part. 4. tract. 1. Refol. 18.

§. 1. P Ereira de manu Regia, part. 2. cap. 26. num. 5. aduersus aliquos Doctores aſſerentes quod necessarium ſit vt tempore criminis commiſſi in ba- bitu & tonsura delinquens incedat, quia ad gaudean- dum foro delicti tempus iſpſiſcit, vt colligitur ex liſt. de paſt. tamē ipſe conſiderans quod ſaepē dicta

Q ſiſe